



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Die 1. Festum amantissimi Cordis D. N. J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

tiamurque, in Patronum nostrum nobis eligamus Doctorem Ecclesiaz adeò Venerabilem, cui & unam sacramentalem Communionem offeramus! In hac cibus & potus datur verè sapientibus. Reficitur corpus: cur fame & siti pereat anima, & in hac Dei gratia?

## J U N I U S.

Solemnitas Triumphantis, &  
Amantissimi Cordis D. N. Jesu  
Christi.

### EXHORTATIUNCULA I.

O Quale agimus festum! Sanctissimum & suavissimum. Sanctissimum; quia de latere Jesu; Suavissimum; quia festum Amoris. Et ô dilekte fili! quot sunt, qui illud gratâ venerantur memoriâ? Quot sunt, qui singulari pietate, affectu, & devotione Cor Jesu consolantur & diligunt. En! novam & crudelem lanceam, quæ de nuò Jesu renovat vulnera. O detestandam mortalium ingratitudinem!

### Instructio meritoria.

Sed quid nos? O fili! compensemus

Q s in

370 Fer. VI. post. Oct. Corp. Christi.  
in aliis defectum amoris, & ab hac die  
saltem singulis Feriis VI. Sacrosanctum  
Cor Jesu aut quinque Pater, & Ave,  
aut Officio de eodem, aut piâ mentali  
visitatione statuamus honorare; neque  
cubiculum sit amplius nostrum sine S.  
Icone de Dulcissimo Corde Jesu. Ubi  
Amor meus, ibi & cor meum.

II.

**T**Riste spectaculum! properat unus  
militum, & lanceâ latus jam mor-  
tui Jesu aperit, & transfodit. O hu-  
manam crudelitatem! Chare! hujus  
quando erit finis? O quot non adhuc in-  
veniuntur, qui Longinô crudeliores  
quotidie vulnerant Cor Jesu, dum sua  
infrunita explere satagunt desideria! At  
cessâ sœva Crudelitas! Jesus enim quid  
mali egit? Fili! citò ad commiseratio-  
nem.

*Instruclio meritoria.*

Ita sanè! omnes proin cogitationes,  
omnes appetitus, & cupiditates præfer-  
tim circâ futura, hodie pleno animi af-  
fectu consecremus doloroso Jesu cum  
firmo proposito, tantummodò cogi-  
tandi



tandi de præsenti die, quomodò sanctè  
transeat, ne Deus offendatur. Adda-  
mus 15. *Pater, & Ave* in honorem ef-  
fusi copiosè sanguinis ex corpore, &  
vulneribus Christi. O si quotidie con-  
tinuaretur hæc pietas ! Hic enim san-  
guis nostræ est pretium Redemptionis.

III.

**O** Excessum Amoris! jam pendet  
mortuus à Cruce Jesus! dat & ul-  
timūm vulnus Cor suum. Quis inflxit?  
Amor. Aperuit, ut miser haberet ho-  
mo, quò fugeret tempore angustiæ, &  
tribulationis. Fili mi! Sine ærumnis  
non sumus. Sed neque sine refugio.  
Cur non quærimus?

## *Instructio meritoria.*

In quacunque ergò fuerimus cordis  
pressura, vel nostrum intremus cubicu-  
lum, vel in templo procidamus, & Cor-  
di Jesu potenter commendemus. Vi-  
debitus Auxilium Domini in tempore  
opportuno. Instituamus proin octavam  
integrā, & pro qualibet die unum;  
vel alterum patientiæ, humilitatis, aut  
alterius mortificationis actum conscri-

**Q 6**      **bamus,**

372 II. Junii. Cordis B. V. Mariae.

bamus, conscriptos Ven. Patri Spirituali extradamus ad benedicendum, & bnedictos strenue exerceamus. Sic crescent meritorum manipuli.

Festivitas Gloriosi, & Dulcissimi Cordis Augustissimæ Cœlorum Reginæ Beatissimæ & Immaculatæ Virginis Mariæ.

EXHORTATIUNCULA I.

**Q**uam multæ sunt afflictiones, & miseriæ nostræ! O fili! pati oportet, quia Deus vult, & imperat. Non pepercit Deiparæ! Peccator se eximat! Gaudeamus sub manu Domini, & omnia, quæ sustinemus, uniamus cum doloribus Mariani Cordis. Inde & nostrum cor gloriabitur in die tribulacionis.

*Instructio meritoria.*

Ut vivamus filii digni Mariâ, matr. afflictorum, per septimanam singulis Feriis VI. recolamus septem dolores quos sustinuit Cor Mariæ tenerimum Ideò vel compassivô Rhythmô Stabat Mater, vel speciali jejuniô veneremur.

Filium

